

quàm draconem illum antiquum & invisibilem seductorem totius mundi pertineat.

61. NACHASCH igitur, h.e. serpens, est nomen à serpente, re corporali & sensibili translatum, ad significandam etiam rem invisibilem:

62. sicut RUACH, spiritus, est nomen translatum à vento, re corporali ac sensibili, spirante ac agitante, ad significandum Spiritum Dei.

63. Sic & SCHAMAJIM, cœli, sine dubio est nomen translatum ab expanso, re corporali & sensibili, ad significandum genus rerum insensilium:

64. in quo & NACHASCH, sive serpens insensilis, hoc est Angelus Apostata & seductor mundi comprehenditur.

65. Cum igitur Angelos à Deo creatos esse ex totâ scripturâ certò constet,

66. Idque non utiq; ante principium, sed aut in principio, aut post principium rerum creatarum:

67.